



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. II. Utrum Angeli superiores interdum mittantur in ministerium?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

quod sedet in eis Deus. Quaris quid istam sentiam se-  
fam & summam tranquilitatem, placidissimam se-  
rentatem, pacem quo exuperat omnem sensum. Pute-  
mus Cherubim ex ipso sapientia fonte, ore Altissimi  
huiusmodi. & respondentes fluente scientia universis ci-  
vibus suis. Putemus Seraphim spiritus totos divino  
genitum suorum, sicut dicens universa; ut singuli cives  
angelorum sint lucerne ardentes & lucentes; ardentes  
claritate; lucentes cognitione.

## ARTICVLVS II.

Urum Angeli superiores interdum mittantur  
in ministerium?

## §. I.

Quibusdam premisis, referuntur sententiae.

Supponoprimò, Angelos distingui in assisten-  
tes & ministrantes, ut colligitur ex illo Da-  
niel 7. Millia millium ministrabant ei, & decies cente-  
na millium ministrabant ei, & decies centena millia  
ministrabant ei. Assistentes dicuntur illi, non qui ef-  
ficiunt divinam immediatè vident ( hoc enim  
omnibus Angelis Beatis convenit ) sed qui im-  
mediatè recipiunt illuminationes à Deo, vel ut  
dicit D. Thomas hic quæst. 112. art. 3. qui secreta  
ordinorum mysteriorum in ipsa claritate divina essen-  
tiapercipere possunt: unde tres soli ordines primæ  
Hierarchiæ, scilicet Seraphini, Cherubini, &  
Throni, dicuntur assistere. Ministrantes verò  
appellantur illi, qui ad mundi regimen & gu-  
vernacionem, vel per modum exercitantes, vel  
per modum disponentes ministrant: & ita aliae  
duachierarchie dicuntur ministrare; cum hoc  
namen discrimine, quod primus ordo secundæ  
ordum per modum disponentes, alii verò quin  
ordines per modum exercitantes ministrant,  
ut patet ex dictis articulo præcedenti.

Suppono secundò, quod sicut duplex est mis-  
sio divinarum personarum; una scilicet visibili  
qualis est missio Verbi ad naturam humanam;  
et alia invisibilis, qualis est missio Spiritus Sancti per gratiam ad animam justi: ita etiam du-  
plex distingui potest missio Angelorum; una vi-  
sibilis sive exterior; et alia visibilis sive interior.  
Missio visibilis est quâ Angeli mittuntur ad ex-  
ternus aliquid ministerium in his inferioribus  
extremis; invisibilis verò fit per hoc quod  
superiores illuminant inferiores.

Suppono tertio, adhuc duobus modis Ange-  
los mitti in ministerium exterius, mediata scilicet  
& immediata. Illi mittuntur immediatè, qui  
per seipsum immediatè ipsum ministerium exer-  
cent: illi verò mittuntur mediaetate, qui alios mo-  
vent per imperium, ex speciali tamen ordinatio-  
ne divina, ad ipsum ministerium immediate ex-  
ercentur.

Suppono quartò, omnes Angelos mitti mis-  
sione visibili aut invisiibili, mediata vel imme-  
diata: quia nimirum vel exercent exterius mi-  
nisterium, vel alios movent ad illud exerce-  
ndum, vel denique omnes superiores illuminant  
inferiores. His positis.

Dificultas solùm supereft, utrum omnes An-  
geli mittantur immediatè missione visibili? In  
cujus resolutione duæ sunt Authorū sententiae:  
prima est Scotti, Durandi, Molinae, Valentiae, &  
aliorum, alle gentium omnes Angelos immediata-  
te mitti in ministerium, missione visibili; ita ta-  
men ut inferiores regulariter mittantur, supe-

Tom. II.

riores verò ex speciali tantum Dei dispensatio-  
ne, & ad aliquem effectum extraordinarium.  
Secunda est D. Thomæ h̄c quæst. 112. art. 2. &  
4. docentis ex Dionylio & Gregorio, Angelos  
prima Hierarchiæ, qui assistentes dicuntur,  
nempe Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, &  
primum ordinem secundæ Hierarchiæ, qui est  
Dominations, nunquam mitti ad exteriora  
ministeria, immediate saltem; quamvis dici  
possent ad ea miti mediatè, quatenus alios mo-  
vent ad illa exercenda.

## §. II.

Sententia D. Thoma prefertur.

**D**ico igitur, nec de lege ordinaria<sup>1</sup>, nec ex  
extraordinaria, Angelos quatuor primorum  
ordinum, nempe Seraphinos, Cherubinos,  
Thronos, & Dominationes, ad exteriora mini-  
steria mitti; sed solùm Angelos quinque ordi-  
num inferiorum, scilicet Virtutes, Potestates,  
Principatus, Archangelos, & Angelos.

Prima pars conclusionis probatur primò ex  
SS. Patribus: Dionysius enim cap. 7. coelestis  
Hierarch. hoc exp̄s̄ docet, & assertit se ita  
tradere, sicut à D. Paulo accepit. Unde illum  
refert & sequitur D. Gregorius homil. 34. in E-  
vang. his verbis: Docet autem Dionysius, quod ex  
minorum Angelorum agminibus foras ad explendum  
ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur,  
scilicet quia ad humana solatia vel Angelii vel Archangeli  
veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis  
nunquam recedunt; quoniam ea que præminent, usum  
exterioris ministerii nequaquam habent. Et paulò post  
subdit: Qui assunt, sic contemplatione intimâ per-  
fruuntur, ut ad explenda foris opera minime mitratur.

Probat etiam eadem pars ratione D. Tho-  
mæ h̄c art. 4. Illi Angeli solùm mittuntur (dele-  
ge saltem ordinaria) in exterioris ministerium,  
quorum nomina aut proprietates designant ali-  
quod exercitium exterioris: Sed nomina & pro-  
prietates quatuor ordinum superiorum, non si-  
gnificant executionem, seu exterus ministerium,  
bene autem nomina quinque ordinum inferiorum:  
Ergo Angeli quatuor primorum ordinum non  
mittuntur, saltem de lege ordinaria. Major  
pater, Minor probatur: quia nec imperium (quod  
importatur nomine Dominationum) nec quies  
seu tranquillitas mentis, aut plenitudo scientiae,  
aut ardor charitatis (quæ significantur nomine  
Thronorum, Cherubinorum, & Seraphinorum)  
designant ministerium exterioris; bene autem  
nomina & proprietates Potestatum, Virtutum,  
Principatum, Archangelorum, & Angelorum:  
nam, ut articulo præcedenti declaravimus, per-  
tinet ad Virtutes dare aliis potestatem exerce-  
ndi ordinataim; ad Potestates arcere Dæmones;  
ad Principatum regere regna & Provincias; ad  
Archangelos nunciare magna; & parva ad An-  
gelos: Ergo nomina & proprietates quatuor ordi-  
num superiorum, non significant executionem,  
seu exterioris ministerium, bene tamen nomina  
quinque ordinum inferiorum.

Confirmatur: Si Angeli superiores, de lege  
ordinaria, ad exteriora ministeria mitterentur,  
inepta esset illa assistentia & ministrantium  
Angelorum partitio; quæ tamen à Theologis  
communiter recipitur, & ex variis Scripturæ lo-  
cis colligitur, præsterrim ex illo quem supra ex  
Daniele retulimus.

Qqq

Quod

## DISPUTATIO DECIMASEXTA

31 Quod verò nec ex dispensatione divina, seu legge extraordinaria, Angeli superiores ad exteriora ministeria mittantur; quæ est secunda conclusionis pars, ex eodem S. Doctore h̄c art. 2. suadetur. Hochaber ordo divina providentia, quod inferiora p̄ superiora ordinatim administrantur, nisi obstat aliqua ratio in contrarium: Sed nulla est ratio cur ab hoc ordine recedatur in ministeriis Angelorum: Ergo nec ex divina dispensatione, seu legge extraordinaria, Angeli superiores seu assistentes, ad exteriora ministeria mittuntur. Major patet, Minor probatur. Ideo ordo naturæ prætermittitur, quia sic expedit ad gratiæ manifestationem, vel ad fidei confirmationem; ob eas enim duntaxat causas Deus agit aliquando contra ordinem in natura statutum: B Sed h̄c rationes cessant in ministeriis Angelorum, quia illa pertinent ad ordinem gratia; & aliunde prætermissio ordinis statuti non valeat ad fidei confirmationem, cùm non possit hominibus viatoribus innotescere: Ergo nulla est ratio, cur ab ordine statuto in ministeriis Angelorum recedatur.

32 Confirmatur primò: Nihil est tam arduum in ministeriis divinis, quod inferiores Angeli exercere non valeant: Ergo non debent propterea mitti superiores.

Confirmatur secundò: Si ad aliquid debuissent mitti aliquis Angelus ex superioribus, maximè ad nunciadum mysterium Incarnationis, quod est sumnum & præstantissimum inter omnia divina mysteria: Sed ad hoc non sicut missus nisi unus ex Archangelis, scilicet Gabriel, ut docet D. Gregorius loco citato, dicens: *Qui summa nuntiant, Archangeli vocantur: hinc est quod ad Virginem Mariam Gabriel Archangetus mittitur:* Ergo Angeli superiores, etiam i.e. lege extraordinaria, ad exteriora ministeria non mittuntur.

## §. III.

## Solvuntur objectiones.

33 Contra hanc nostram assertionem varia militant argumenta. Nam primò Apostolus ad Hebræos 1. dicit quod *Omnis Angelus sunt administratorii spiritus, nisi propter eos qui hereditatem capiunt salutis:* Ergo extribus etiam primis ordinibus Angeli ad nos mittuntur. Unde Iaia 6. Seraphim volavit ad illum Prophetam, ut ejus labia mundaret. Et Genes. 3. Deus collocauit Cherubim cum flammeo gladio ante portam paradisi, ad custodiendam viam ligni vita.

34 Confirmatur primò: Luca 1. dicitur, *Missus est Angelus Gabriel à Deo:* Sed Gabriel est unus de superioribus Angelis; nam D. Bernardus homil. 1. super Missus est, ait: *Non arbitor bunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terram fungi legatione:* Ergo superiores Angeli à Deo mittuntur.

35 Confirmatur secundò ex illis verbis Daniel. 30. Michael unus de Principibus primis, venit in adiutorium meum. Ubi de Michaële utrumque assertur, nempe illum esse de superioribus Angelis, & esse missum. Item Tobia 12. Raphaël dicit: *Ego sum unus ex septem, qui astamus ante Dominum:* & tamen missus est in ministerium junioris Tobiae: Ergo Angeli primæ hierarchiæ, qui, ut supra dictimus, solum sunt assistentes, mittuntur interdum ad exteriora ministeria.

A Confirmatur tertio: Angeli omnes velantur, vel ministrant, ut colligitur ex Daniels cap. 7. Sed Dominationes (qui sunt primi Angelorum secundæ hierarchiæ) non assistunt, cum non recipiant immediatè illuminationes à Deo, sed per Angelos primæ hierarchiæ illuminantur. Ergo ministrant.

Ad objectionem respondeo, quod omnes Angeli sunt administratorii spiritus, quia omnes ministrant, & mittuntur missione vifibili, aut invisibili, mediata vel immediata, ut antea declaratum est, & explicat D. Thomas h̄c art. 2. ad 1. Ad illud quod additur dicendum est, illum Angelum, qui labia Propheta ignito carbone purgavit, non fuisse ex ordinе Seraphinorum, sed unum ex inferioribus Angelis, qui datus est Seraphim, id est incendens, quia venerabat in cenduum labia Propheta, idque præstebat virtutem & autoritatem alicuius Seraphini, cuius efficientiam participabat, & cuius veluti vicarius & minister erat. Sic sacerdos Angeli in veteri lege, Dei nomen assument, quia eis personam sustinebant, ut patet ex illo Genes. si. 13. dixit Angelus Dei ad me: *Ego sum Deus Bethel, ex Dionysio cap. 11. cœlestis Hierarchie doceat S. Thomas h̄c art. 2. ad 2. Et D. Gregorius homil. 34. in Evang. ubi ait: *Hic spiritus qui mittitur, eorum vocabulum percipit, quorum officia gerunt: qui enim ut peccata locutionis incident, datur Angelus carbonem portat, Seraphim vocari, quod incendium dicitur.**

Ex quo patet responsio ad illud quod subiungitur de Cherubino, ante portam paradisi, restris collocato: ille enim (ut docet Cæteranus in cap. 3. Genesis) non fuit de secundo ordine primæ hierarchiæ (siquidem illud ministerium non videretur adeò excellens, ut intratu ejusdebet fieri dispensatio) sed magis aliquis eximia hierarchia; quæ Cherubim dicitur eis, et quod in ea custodia Cherubini subordinaretur, & prohiberet ingressum paradisi, in quo erat gnum scientiæ, quæ Cherubinis attribuitur.

D Similia docet Perierius in Genesim lib. 6. dicit de Cherubim quæst. 6. ubi hac scribit: *Vera illa Dionysii sententia, omnes proprietates omnium ordinum angelorum in singulis etiam reperi, verum hoc discrimine: proprietates superiorum ordinum reperiuntur etiam in inferioribus, sed per diminutatorem proprietatum participationem;* proprietates autem inferiorum ordinum sunt item in superioribus, sed eminenter & excellenter. Cherubim igitur significat plenitudinem scientiæ, quæ per excellentiæ suæ octavo ordine, per participationem autem communicatur inferioribus ordinibus. Itaque hoc loco nomen Cherubim non significat spiritus celestes octavi ordinis, sed inferiorum ordinum Angelos: *Supreme cum Hierarchie spiritus non mittuntur ad Deo ad exteriora ministeria. Angelii porro quibus custodia paradisi signata est, riue nominati sunt Cherubim, ex abundantia scientiæ, ut ex eo intelligatur, vigilansissimum & sapientissimum Paradisi custodem esse à Deo pectum,* quem scilicet nemo aut dolus fallens, aut viribus rupiens, in Paradisum intrare posset.

E Ad primam confirmationem respondetur confessio Majori, negando Minorem. Adprobationem ex D. Bernardi testimonio deluptam, dicendum est, Gabrielem non esse de minoribus, quia non est de infimo ordine Angelorum, qui minima nuntiant, sed de secundo ordine Archangelorum, qui annuntiant summa, ut cum D. Gregorio docet S. Thomas h̄c art. 2. In dñe esse demissum.

de minoribus secundi ordinis: nam ut censet D. Bernardus Epist. 77 ad Hugonem, Gabriël fuit Angelus custos Beate Virginis Mariae: decuit autem ut ad custodiam ejus, quæ ad summum gradum gratiæ & gloriæ fuit à Deo electa, deputaretur summus Archangelus.

Ad secundam confirmationem respondeo, Michaëlem dici unum de principibus primis, non quod sit Angelus supremi ordinis, aut hierarchie (ad secundum enim ordinem tertiae hierarchie spectat) sed quia Archangeli, quorum unus est Michaël, dicuntur principes Angelorum, ut docet D. Thomas h̄c quæst. 113. art. 3. unde D. Hieronymus in locu citatum Daniēl 10. art: Principes autem primos, Archangeli intelligimus: vel quia est unus ac Angelis, qui velut principes universa terra præfecti sunt, qui olim constitutus fuit princeps Synagogæ, & modò presidet Ecclesia Christiana.

Addo quod quidam duos constituunt Michaeles; unum dicunt esse supremum omnium Seraphinorum, & primarium ducem cœlestis militiae in Ecclesia triumphantem; alterum Archangulum, & supremum ducem in Ecclesia militante. Cū enim (inquit) perfectiones finitimes quæ sunt in quibusdam Angelis per proprietatem, reperiuntur in aliis per participationem; etiam nomina propria aliquorum Angelorum attribuuntur aliis, secundum quod partcipant eorum proprietatem. Unde propterea Angelos qui olim præterat Synagogæ Judæorum, modo creditur præfæce Ecclesia, dicitur Michael, qui participat proprietatem supremi Angelorum bonorum, quantum ad hoc quod sunt supremi Angelorum bonorum restitit auctor Angelis apostatis, persistendo in bono, & dicens: Quis ut Deus? ita etiam Angelus qui præterat modo Ecclesia, restitit infidelibus, hæreticos, & aliis à fide Christiana deficientibus. Quoniam ergo in exteriori aliquod ministerium Michaeli mitti perhibetur, si sermo sit de missione immedata, hoc non debet intelligi de primo Michaeli, sed de secundo, qui est talis solum per participationem: & de utroque sub hoc nomine Michaelis festum celebratur in Ecclesia.

Ad illud quod subjungitur de Raphaële, respondeo illum dici unum ex septem Angelis qui stant ante Dominum, non quod sit unus ex Angelis prima hierarchie, qui assentes dicuntur cuncto dia enim Tobia non fuit ministerium adest excellens, ut ab uno Angelo insimæ hierarchie exhiberi non poterit) sed quia est unus ex multis Angelis qui stant ante Dominum, viuentes faciem ejus semper: teste enim Gregorio 3. 3. septenario numero universitas figuratur: vellet quia est unus ex septem Angelis, qui veluti principes universa terra præfecti sunt, de quibus sapientia in Apocalypsi.

E Ad tertiam confirmationem, dicendum cum D. Thomā h̄c quæst. 112. art. 4. ad 1. Quod Dominationes computantur quidem inter Angelos ministres, non sicut exentes ministerium, sed sicut diligentes & mandantes quid per altos fieri debeat. Sicus architectores in edificiis nihil manu operantur, solum disponunt, & precipiunt quid alii debeat operari.

Pro completa hujus difficultatis resolutione, advertendum est, quod quando dicimus Angelos quatuor primorum ordinum, de lege ordinaria, aut extraordinaria, ad exteriora ministeria non mitti, hoc intelligimus de missione, quæ

Angeli mituntur ad salutem hominum, & de ministeriis quæ ad bonum electorum ordinantur: de illis enim solum procedit ratio D. Thomæ suprà adducta, ut consideranti patebit. Unde cum hoc stat, quod Angeli supremæ hierarchie missi fuerint ad ministrandum Christo tanquam proprio capiti & domino: cū enim in Christo sit ordo unionis hypostaticæ, qui est superior ordini gratiæ, propter illum prætermitti potuit ordo qui servatur in ministeriis Angelorum, qui attendit secundum dona gratiarum; sicut propter ordinem gratiæ interdum prætermittitur ordo naturæ. Quapropter non videtur negandum, supremos Angelos in honorem Christi ad terram descendisse: primo quidem in die nativitatis ejus: nam Chrysostomus Psl. 8. in principio expeditus illud Luke 2. Facta est cum Angelo multitudo militis cœlestis canentium, & dicentium: gloria in excelsis Deo, allelith multitudinem illam ex omnibus Angelorum chorus fuisse conflatam. Supernorum (inquit) chororum in Cherubim & Seraphim hoc est munus, Deum aſidue laudare, & hymnis celebrare. Ex his chorus etiam in terra apparuerunt, cum vigilantibus pastoribus cantantes. De Angelis item qui post tentationem & jejuniū Christo ministrarunt, facile credi potest eos fuisse ex supernis, in honorem victoriae quam de Lucifero Christus reportarat. Verisimilium est etiam, quod Christo resurgentem, & in cœlum ascendentem, missi sunt spiritus supremæ hierarchie, ut illi exhiberent famulatum, ejusque triumphum honorarent: unde cū Aetorum i. dicatur de Christo: Sic veniet quemadmodum vidisti eum euntem in cœlum, credibile & probabile est, quod in die judicij, non solum inferiores Angeli, sed etiam supremi de cœlo descendant, ad majestatem Christi ostendendam, & ad terrorum malorum, & honorem bonorum. Idque satis aperte colligitur ex illo Christi Matthæi 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo: hæc enim verba Christi non possunt intelligi de omnibus Angelis universaliter, & secundum distributionem completam (alioquin nullus in Empyreto tunc Angelus remaneret) sed cum aliqua restrictione, & secundum distributionem incompletam, quatenus ex omnibus hierarchiis & ordinibus Angelorum, plures tunc de cœlo cum Christo descendant. Sicut dicitur omne animal fuisse in arca Noë: quia ex omni genere & specie animalium aliquod fuit.

Dices, Ex hac doctrina sequi, Angelum, qui mysterium Incarnationis Beatissimæ Virgini nuntiavit, fuisse ex supra hierarchia; cū tale mysterium ad ordinem hypostaticum pertineat: Sed hoc repugnat doctrinæ D. Gregorii & S. Thomæ, ut suprà vidimus: Ergo &c.

Respondetur negando sequelam: Licet enim Gabriel solum sit Archangelus, ut doct D. Gregorius suprà relatus, sufficientis tamen dignitatis secundum divinam sapientiam ad mysterium Incarnationis annuntiadum judicari potuit, esto mysterium illud sit altissimum, & ordinis hypostatici, superioris ad ordinem gratiæ sanctificantis; quia sola illius annuntiatio erat (ut ita dicam) extrinseca, & valde remota cooperatio ad illud: nam proponquiūs quodammodo illi cooperabatur sanctissimus sponsus Joseph, qui per excellentem gratiam & sanctitatem, dignus minister factus est tanti mysterii.